

re & anima totum Deo esse
 mancipatum? Quæ, qui per
 fidem, licet infirmam, exequun-
 tur studia, de congruo merentur
 gratiam, quâ justificentur. Sed
 cum fide facias, charitate for-
 matâ, de condigno mereris vi-
 tam æternam. Ita, candidè non
 minus quàm crassè, *Joh. à Da-*
ventria in Refut. Artic. de votis
Monachor. apud Andr. Fabric.
in Harmonia Conf. Aug. p. 514.
 Quid? quod *Jes. Dez* ipse pag.
 430. fatetur, mereri hujus-
 modi vota, si conjuncta fue-
 rint cum satisfactione Christi,
 poenarum temporalium re-
 missionem. Mysterium ni-
 mirum iniquitatis ex parte,
 quidem, ad fallendum No-
 stros, velatum & celatum fuit;
 totum occultari non potuit.

Du-